



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Manus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

*in hunc, affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Joan. 20. O mi JESU hoc cum Thoma Apostolo tuo crebrò faciam in spiritu, & dicam: Dominus meus, & Deus meus.

*Minimus digitus meus grossior est lumbis Patris mei.* Pater meus cecidit vos flagellis (loris, quæ tantùm corpus pulsant) ego verò cecidam vos scorpionibus. L. 2. Paral. c. 10. Sunt lora aduncis aculeis seu stimulis armata sicut scorpium, quæ non tantùm corpus pulsant, sed lacerant ac discerpunt. Ità sapientissimi Parentis Regis Salomonis respondebat, rejecto consilio Seniorum, juvenes stolidos secutus stolidissimus filius Roboam, & per hoc regnum decem tribuum perdidit. Sic stultus putat suum digitum, hoc est minimum etiam talentum, quod habet, præstare præ maximis talentis virorum doctorum ac prudentum. Sic heroum filii noxæ, & sapientum parentum soboles stulta. Et hujus sæpè causa sunt ipsi quoad cætera prudentes & sagaces patres. Et probabiliter Salomon in hoc quoque reus est, dum in senectute depravatum est cor illius per mulieres.

*Manus.*

**Q**uodcumque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Eccles. 9. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Pl. 72.

X 3

*Pedes.*